



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ad Johannem Ecciu[m] Martini Lutheri Epistola super
expurgatio[n]e Ecciana**

Luther, Martin

Vuittenberg[a]e, 1519

VD16 L 3703

urn:nbn:de:hbz:466:1-32702



Positiones de Frederico
Secundo de penitentia
Resolutio de damnatione de Frederico
Ein Sermon von dem ablass
Verlegung & fuzels linder den
Ein precher Sermon Martin
ala Caluista p[ro]phetia r[ati]o r[ati]o
Responso Martin ad d[omi]n[u]m Siluester
Responso Siluester
Acta Martin Augusti
Disputatio Ekeij & p[ro]p[ri]a
Disputatio & consilio Martin
Oratio de p[ro]phetia
De ratiōe disputandi oratio de p[ro]phetia
Frasmi Ep[iscop]i ad d[omi]n[u]m & alia p[ro]p[ri]a
Resolutio sup[er] p[ro]p[ri]a de p[ro]phetia
Alia resolutio de ead[em] p[ro]p[ri]a
Resolutio sup[er] p[ro]p[ri]a de p[ro]phetia
Oratio de longi p[ro]p[ri]a de p[ro]phetia
Disputatio prima Ekeij & p[ro]p[ri]a de v[er]ba
ad v[er]ba p[ro]p[ri]a de p[ro]phetia
Disputatio secunda de p[ro]phetia
Disputatio tertia de p[ro]phetia
Epistola philippi Melancthonis de ead[em] p[ro]p[ri]a
Exortatio Ekeij r[ati]o p[ro]p[ri]a philippi
Defensio philippi r[ati]o Ekeij
Concordatio Guaceni & p[ro]p[ri]a
Epistola Emperij in Aegreortis
Ad Egereontē Emperiam Martin
De Venatione lutheriana


Solutionis doctoris Wittenbergensis
Johannis Coratatoris Nulli Wittenbergensi &
Nemini Lipsiensi & alia quorundam
Contra malignum Jo. Eckii Auditorium
Ad Jo. Eckium Epistolam Martini super expungenda Eccliam
Appellatio Martini Lutheri
Appellatio Praesulen

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116

ERZBISCHÖFL
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz's Katalog 328.



L. Othom Beckmann i

xx

I H E S V S.
MARTINVS LVTHER IOANNI ECCIO
SALVTEM.

Vix credas, q̄to leuatis onere cor meū, mi Eccie, q̄q̄ perplexa
me solueris cura, hac tua expurgatione, ita vt si vnq̄ mihi profueris,
nūc maxime profueris, neq̄ mihi vltor scripsisse aliquid, qd̄ magis
cellerit ex sententia, q̄ epistola de Lipsica disputatione, quā tu magis
criminationū cataractis, ac perpetuo velut maledictorū diluuiū
deatur, Fecit illa interim sicut Arca Noe mihi super omnia natare vi
deatur, Fecit illa quod volui, inuenit qd̄ quesiui, fecisti & tu, quod
speraui, Miraris vnde hoc luxurians tripudiū: Audi, Hucusq̄ misera
& inquieta vexatus sum conscientia, p̄cepto dei confixa, quo non
licebat libere de te sentire & dicere, quē tot argumentis mihi mouebā
tur, tot virorū integerrimorū testimonio firmabant, tam valide mihi
obstabat, p̄ferim in publico, species illa tua & simulatio speciosissi
ma, qua amicū Lutheri, veritatis syncrū & apertū amatorē, te passim
vendicabas. At bene habet, Expurgatio tua, velut mediū Comicum,
has oēs turbas dispulit ac sedauit, qua tibi qualis fueris & sis, palā
ostendis, Ea sane paucula, quē ceu perizomata contextis, quibus mo
destiā charitatēq̄ etiam cū iuramento tibi affingis, talia sunt, vt crimi
nationū tumultib⁹ & tēpestatib⁹ collata, quendā ridiculū Struthio
nem referant. Huius em̄ animantis eam ferū esse stultitiā, vt se totam
credat rectā esse, si vna fronde collū texerit, ita & tu totus Crimina
tio & impatientia, vno & altero verbo te, rotundē modestiē & chari
tatis exemplar proponis, verū hæceant, quo eunt, Ad id qd̄ magis
deestor veniemus, id est ad simulationem tuam, ne videar te penitus
contēpsisse, atq̄ dilatis ceteris quē in Ep̄la mea dilaceras, pro tempe
solam eam partem accipio, in qua & tu maxime es negociosus, & res
totius pene summa pendet, Nempe q̄ p̄positiones Carlstadij, p̄sers
tim duas oriores, prima disputatione tractatas, dixi a te concessas, &
inde quē sequuntur ad illas intuli. Interim tu fortiter para, quib⁹ arti
culos Iohannis Huls a me assertos, & Conciliū Nicenū pro me fecisse
congruas, Sed heus memor esto, nō in Theatro Lipsensi te fore, & ad
laudem Lipsensium vel tuam nihil sequi in bona cōsequentiā & extra
Lipsiā, scito quoq̄ Lutherū iam non captiuū tuū, nec in terra inimic
corū in sua arena consistere, Et qd̄ spero te facere, ante omnia Ch̄m
roga, quo solus ip̄e, qui veritas est, nobis certantib⁹ vincat, gloriāq̄
nostram perdat, Amen. Auende itaq̄ quid quæra.

¶ Has propositiones Carlstadij duas, nōne obtulisti defendēdas?
Lib: arb. ante gratiā non valet nisi ad peccandū.

Lib. ar. sine grā rāto q̄tū⁹ p̄pinquat iniquitatē, q̄to foris⁹ incedit actiōi
Verū ne hic dico: Quid autē amic⁹ veritatis Zelosissimus & aptus
impugnare veneras nisi errores? Sic de teip̄o iactas, fallas ergo has p̄-
positiones tenebas & teneri volebas, Si em̄ veras putabas, cur impuga-
nabas veritatis defensor?

At in mediā disputatione veras esse cōcessisti, libere pronuncians
lib. arb. sine gratiā non posse nisi malū facere, addebas, Nec scholasticos
doctores vnq̄ aliud docuisse, ob idq; negabas te Scotū Capreolū
lū tueri. Hęc dico, nō timenstuos Lipsiensēs, quos toties mihi frustra
intentas, testis est horū oīm totū auditoriū, Ego sane hęc audiens, gau-
debam, tam cito te rediisse in viam, atq; iam totius disputationis finē
esse ducebam, q̄n̄ ex hac rei summa fere omnia pendebant.

Hęc itaq; rei summa est quā nūc agimus, quare & Ep̄l̄e meę gratiā
onē audi, Ego eū disputatorē vinci iudico, qui id asserat, quod prius
impugnauerit, ita pronūciaui, & pronūcio, Eccū victū, Carlstadiū
victorem, Et hoc ad nobilissimū virū Pyrcheymerum Nurnbergenē,
scripsi, staturam victoriā Carlstadio, Et illd̄ scheda publica, Carlsta-
diū, nō fugitiū militem (sic cum tu traduxeras) venturū, victorem
Ecciani erroris iam dudū, Omnia hęc vera sunt hodie quoq; etiam si
iudices aliud iudicarent, q̄d nō spero.

Hinc intulī om̄ia q̄ ad veritatē hāc sequuntur, licet tibi indignissī-
ma visa (q̄d miror) Nēpe q̄d tres sectas Scholasticorū doctorū nobis-
liores negaris, qui lib. arb. ante gratiā nullū actū meritoriū, in actū,
qui nō sit peccatū, & qui grām de cōgruo mereat, tribuūt.

Item Articulū Iohannis Huss (cuius multo plures nūc teneo q̄
Lipsiæ tenebā, vt suo die ostēdā) Christianissimū, esse & tuū, i quo
cēsentur actus humani diuisione imediata, aut boni aut mali, hic em̄
euidēter sequit. Si autē grām nō nisi peccat lib. ar. sicut & sectas d. scho.
errare sequitur in suo congruo actu, stat em̄ verbū illud, non nisi ad
peccandū valet lib. arb. sine gratiā.

Intulī itaq; verissime te Pelagianū hereticū fuisse reuelurū Ingol-
stadiū, nisi cōfessus fuisses hāc sententiā, q̄ verissime sit Pelagianum,
actū sine peccato lib. arb. dare ante grām, vt faciūt scholastici, Nō q̄
ideo Pelagiani sine, sicut dialēctica tua solita ducis cōsequēcias, q̄a
nō pertinaciter errauerunt, sicut tu fueras erraturus, si erroris defensor
peruāsisses, ideo Calendariū illud doctorū seu Cathalogus, tuę est
acutissimę dialēcticę testimoniu s̄ fidele, q̄ semp̄ lat⁹ clamat q̄ videat.

Insuper duxi cecidisse Theologistriā carnificem de merito cons-
grui, de facere q̄d est in se & cetera illie censita, quia ante gratiā non
nisi peccatū esse, datū erat, peccatū autē ad gratiā congruum nunq̄ esse

queat. Bellial em Christo nō congruit, nec tenebrę luci, Quin potius
peccatū gratis aduersatur, Omnia in q̄ hęc vera sunt, si Curliadius ve-
rus est, vt Eccius dedit. Q̄ si tu mi Eccius aliā habes grāmaticā, sicut ve-
aliā semper habes dialecticā, vt victus, victor, veritas, error, breui-
res & vocabula tibi ad placitū nouo Mercurio seruiāt, debes nobis eē
propitius, nec egre ferre, si nostra vtamur, q̄n permittimus te vti tua,
Ita huc: q̄ sapii & sapio.

Sed scio qd hic cogites. At noli iterim, mi Eccius, nūpi, mox adero
& cogitationibus tuis, hoc primū pfatus, q̄ cetera de actiuitate li. ar.
& aliā q̄dam, in quib⁹ tantū perdidisti tempus, leuiora fuerūt, q̄ vt
disputationē Theologicā, p̄sertim talem ac tantā mererētur. Sufficit
de summa inter nos cōuenisse, lib. ar. bonū deo & gratię soli d. beri,
sine qua nō possit nisi peccare.

Q̄n autē tu negas illa, quę intuli & mendacia asseris, duo cogito.
Aut te subdole omnia Lipsię egisse, & odiosissimū simulatorē fuisse in
veritatis perniciem, Aut te esse quouis trunco stupidiorē, Atq; hic
forte erit dignus vindice nodus. Stupidū te nolo dicere, qui tantū
mihi satis crederis habere acuminis, vt peccatū cum gratiā immediate
pugnare intelligas, sicut lucem & tenebras. Reliquū est, te per peccatū
malū, iniquitatē, subdole intellexisse, neq; peccatū, neq; malū, neq; in-
iquitatē, qd̄ verba sonāt, sed qd̄ tu finxisti, id est non meritorū, nouū
scz vocabulū, atq; Augustinū & Ambrosium Carlstadij sic accepisse
Lib. arb. ante gratiā non valet, nisi ad peccandū, i. ad non merendū,
Et lib. arb. tanto citius propinquat iniquitati, i. non meritorio, q̄to
foras intēderit actioni, nisi, in. p̄, ita accipias peccatū, malū, iniquita-
tem, non effugies ea q̄ in Epistola mea scripsi. Inueni cogitationes tuas
Eccius: Quid ni inuenirem, cū in hac expurgatione tuip̄e vocabula ista
sic interpretaris, per quę Lipsię, vbi syncerus & apert⁹ veritatē q̄rebas
lōge aliqd̄ occulte intelligi volebas & sinebas. Audi ergo amicissime
veritatis tutor, vbi vnq̄ legisti peccatū, malū, iniquitatem, pro non
meritorio accipi, nisi in tuis pelagianis erroribus, scripturęq; depra-
uationibus: Qua scripturę qua ratione niteris & quibus viribus des-
cendes, ne hereticus hoc significatiōis iure fretus, neget peccatū in scri-
pturis cōtineri, sed omnia esse nō meritoria contendat: Sicine illud
verba patrū, quę etiā scripturę soles p̄ferre: Ista est medulla quā me in-
didiis patrū iactas nō videre: sic didicisti p̄ veritate disputare, vt aliqd̄
corā hominib⁹ loquaris, & aliud penes te intelligas: vere apertus & syn-
cerus Eccius, qualē oēs norūt, q̄ nō querat gloriā, q̄ q̄rat veritatem
pure, O maledicta dies in qua natus sum (vt cū Hierē. dicā) videre i
Theologisā impudētes simulationes, Nihil mirum proinde, si tam
anxie vis laudari apertus & syncerus, qui enim isto modo apertus es
quem reliquū facis, qui magis indigeat laude hac & Obscuro laudans

Lipenses apertū Eccisū, laudent oēs quos laetas, etiā vocibus stento,
reis, nec sic satis te laudabū, tāta est necessitas.

Quin & ego cū Vuitenbergē, laudam⁹ & dicimus, omnia vera
scribis & dicis, Lutheri Episto la falsissima est, iniuriā tibi fecit, ipse de-
niq̄ eam reuocat. Quid vis amplius? iam verissimū est, stare meritū
congrui, Iohannis Hussi articulū nō esse & tuū, sectas doct. scholast.
a te nō negari, seruilem timorē (.i. peccatū & iniquitatē) esse initium
pœnitentię, quā alioquin in graua fieri oportet, quia peccando (.i. nō
merendo) & iniquitate (.i. nō grato ope) incipimus mereri ac gratū
facere, vicisti, triūphasti. Sit gloria gloriari Eccio, qui obtinuit lib.
arb. ante gratiā nō dari meritū a doct. scholasticis, obtinuit aut̄ facil-
lime, q̄a nemo negauit vnq̄.

Et credebas, credite volebas, vir syncere, Carlstadiū & Lutherum
esse tam crassos, vt hoc mōstrū scholasticis doctoribus vnq̄ impes-
gerint, aut super hoc disputauerint, vt te in hoc necesse fuerit tāto tu-
multu certare in tam insigni loco? Cur nō simili tornatis verbis arte
ex Ingolstadio scribis, per purgatoriu te intellexisse, fidem sanctę tris-
nitatis, vt celebrare possim⁹, obtinuisse te, deū esse trinū & vnū, quod
nemo vnq̄ negauit, sicut nec purgatoriu, pro quo tamē q̄ laboriose
disputasti? Ego vero te laudo prudentissimū disputatorem, qui tur-
tissimam tibi disputandi rationē inuenis, & in Christo quærendo
Elenchistam Aristotelem, syncerus syncerū imitaris, apertusq̄ apertū
vt alienatus a propria significatiōe verbis (quę est summa illi⁹ & vna
virtus) cōtra Chymeras pugnes, quę referre nequeant, interim aperte
consentiens illorū verbis, cum quibus disputas. Quid refert domi se-
deas, triūphis & coronis te obruas, de laruis a te fictis & victis?

Hoc potius disputabat, an lib. arb. an grām nō solū nō mereret,
sed etiā peccaret & iniquitati ppinq̄ret, dū actioni intēdit, vt sunt clara
verba Carlstadij, quę si noluisi impugnare, cur obtulisti? cur si falsa
erāt cōcessisti? cur nō saltē corā mutuisi, p̄ntē puerili illo Carlstadio
tuū nō meritorij vocabulū, quē absentē ex Ingolstadio heroicis &
apius vir adeo contēpsisti? Nūc demū nata est glosa tua, qua elaberis,
quā Lipsię ne caperis, syncer⁹ & apus hō, toties peit⁹ celabas? Vror
ego vrinq̄ nimis, & miserens tui & indignans tuę maledictę simula-
tioni, d. sine tu veritatē Theologię q̄rere, Abolita est fides tui, ad sy-
cophantiā tuū Aristotelē, impijssimū inter phōs simulatorē redi, qui
nunq̄ id voluit dicere videri, quæ dixisset, Magister hic tuus est dig-
nissimus. O memiserum, q̄ vnq̄ mihi contigit tecum esse quippiam
negoij. Spūs disciplinę effugi: fictiōnē vt Sap. i. scribitur, & in sim-
plicitate, ingt, cordis q̄rite illū. Quid tu miraris, Epistolas, rumores
& oīa mōstra secuta ad hanc infœlicem disputatiōnē, q̄ mihi affingis?

A iij

mirum, si quicquid boni sequeretur ad hanc illusionem spiritus sancti, irrisio-
nem veritatis, contemptum Christi. Vnde te oro, ne deinceps (si fieri potest)
cum Martino quicquid rei habeas, penitet me libellorum contra te editorum
plurimum credas. Ego tanto grauius illusus, illisusque sum, quanto constan-
tius te virum syncretum existimaui.

Hoc scilicet est quod rupto foedere liberae disputationis, nolebas disputari,
nisi datis iudicibus, nisi non alijs, nisi tuę farinae Scholasticis, quorum
causam agebas, sed occulte & adulteratis verbis, ne te & illos (si aptus
fuiſſes) traduces infelicissime, Hoc est quod, dicta per Notarios excipi
recusabas, aut sic excipi, vt exemplaria, neque repeterentur, nec edentur
sed supprimerentur, donec iudicium tuę factionis iactares, causam
orbis iudicium non placere, quod mundus in maligno positus sit, quasi te
& Theologos tuos, celum esse & preter cetera israhel, in benigno positos
credi oporteat. Sic enim medullas tu scripturę peruides sine simulatione.
Hoc est quod Carlstadio, nec libros nec schedas permittere volebas, qui
si non simulasses veritatis inquisitionem, cogere cum debueras & orare
vt per alium legeret, si non per se posset, imo vt muta signa digitis daret.
Quid non facit? quid non patitur, qui veritatem syncretę querit? nunc
magister, nunc discipulus, nunc sorius, nunc omnibus omnia fit, quo veritas
pudeat, talē se Carlstadius, talem Lutherus se tibi obtulerunt. Tu vero
tibi pene vni veritatis amorem arrogans, aliud non iactas, quod si factum
esset, non fuisse disputationem, sed nescio quid puerile, te non Thersite-
tas, nec viles homines quęsisse cum quibus certares. Hęc turgentissima
vanissime glorię verba, tu homo Theologus sine fronte in media cons-
tempere glorię & amare a te veritatis laude rotare audes, quare si alius de
te diceret, eum debuisses existimare, qui te velut pessimus simulator
furiosum conaretur traducere, dignum in quem vel expurgacionem, aut
si quid peius possis scriberes. Nunc tibi places, proprio rostro crepitate
hanc laudem insignem. Credis ne miser & tu, esse adhuc homines in
mundo, præter tuos Lipsenses, mutuos mulos (nec enim omnes te scabunt)
qui sciant, quid sit syncretus & apertus veritatis inquisitor, coram qui-
bus hæc tuę syncretitatis iactantia omni sit Mephitide grauolentior?
Hoc est quod repete causam alio rapuisti, de lib. arb. ad ætuitatem
lib. arb. huiusque necessariam, ad perdendum tempus questionem.

Nunc demum intelligo, quid sit, quod scribendi negotium semper ex-
horrueris, honestissimam hypocrisim commentus, te non amare aculea-
rum scriptioſis genus, semper autem prouocaris ad disputationem, sed eam
quam exceptam non liceat sub orbis iudicium addere, nisi iudicibus tibi
placitis, & vi extortis iudicatam, paratus scilicet hac disputandi ratione,
Galliam, Italiam, Germaniam, fore & Democriti mundos, si hunc quis
recuset offerre. Scilicet quod sic disputando noris, nec deliberationi, nec dili-
gentię locum esse, quas tu in quærenda veritate, syncretissimus vir scias

per suspectas, immo noxias ducis, Et facillimū esse, vsitatis vocabu-
lis alienam effingere significationē, quam vbi precedētia & sequētia
non liceat conferre, tū causa subito ad alias res raptā, difficillimū sit
obseruare, præsertim vbi id agitur, specie adhibita, ne obseruare quis
debeat ac possit, falsis interim, tū auditoribus, tū iudicibus, syncærita-
tis instantia, quod veritatis periculū & impijssimæ simulationis scan-
dalū in scribendo, parū fœliciter sit processurū. Vna igitur tibi ratio
est querendę veritatis, præcipitæ disputatiōis cōsultio. Quis vnq̄ &
hoc intellexisset, esse veritatem amare & querere, nisi tu nouus verbo-
rū Grāmaticus cū tua factione, ita doceres? adeo totus es fictio & si-
mulatio. Deniq̄ in tota ista expurgatione, fere nihil non simulas, ex-
cepta furiosa criminatiōe, licet & huic peniculū simulatę modestię ad-
hibeas. Dixerūt mihi antedispulationē insigni autoritate viri. Caue
Martine, experto crede, Hō iste nihil nisi fictio est & simulatio, non
eredidisti eis, nec omnibus sensibus meis, licet Erasmi ep̄la & Vdalrici
Zalsij Apologia quoq̄ talem te mihi formarent, tam cōstanter de te
cogitauit optime, nūq̄ aliter cogitatur, nisi hoc sterquilinio, te pub-
lice orbi traduxisses odiosissimū simulatorem.

Huc pertinet, quod in fœd. & obscœna epistola præcæteris, scribis
ad Clariss. tuos Ingolstadien̄ & si (pro syncæritate aptissima) fortiter
simulas te non iactas victorias, te Carlstadiū traxisse, ad actiuitatē
lib. arbi. simul dolens, q̄ permiseras ei vesperi responsionē illam pas-
sare egregiam, quate oim iudicio, redegit ad nihilū, sicut ipse confite-
ris, In vno (inquis) peccauit, posui replicas de nocte, & dedi ei delibe-
rationem. Sensisti scz vulnus ad mortem, quid putas factū fuisse, si
omnia sicut decebat, eadem liberatione gesta fuissent? sicut laudatiss-
mus Princeps, Dux Georgius ordinat, qui non nisi veritatem que-
ri voluit & omnia, que ad hoc q̄ optime valerēt, quem tu, bone deus
q̄ syncære, in tuam partem laudas, videlicet, q̄ optimę optimis Prin-
cipis voluntatis, tales fuistis executores. Quid tu faceres pro veritate
syncæritū, qui non solū machinatus es cū tuis, ne deliberate & diligen-
ter, proposita veritas quæreretur, sed gloriaris etiā in hac malicia, po-
tens in iniquitate, id vnice quærulans, non nihil periclitatā hanc tuā
machinam. Nam & publica id indicasti q̄rela, cū pene plorares, illū
habuisse exemplar Notarij, cū tu interim laudabaris Lipsensibus tuis
q̄ nihil moratus exemplaria, etiam bene potus posses nihilominus
victoriosissime clamare (disputare volui dicere) Et quō non posses
qui fingere quoduis tibi p̄sumpsisses? & ad huc apertū, & syncerū no-
bis Eccitū omnibus notū obtrudis. Prætereo cætera eius epistolę cum
reliquis monstra, quisi (tuo more) vindictę furore fureret, breui cō-
pendio, te toti orbi traderē, q̄lis qualises, ædita in vulgus ea & altera
epistola. Sed Theologicō noi parco, tui em̄ me in veritate miseret.

Nam quod per totam expurgationē, non nisi criminationibus mel-
scates, cū id facias, misera simulationis cōscientia, sperans, hac viā, te oī
obliturū & manū additurū toti mūdo, scito hōc, criminationibus mei, &
tui Lipsensiumq; laude profus nihil moueor, simulationibus autē tuis pe-
ne occidor, Quod monstrū & Christus oī in iniquissime tulit, peccatores alioqui & publicanos apertos suauissime amplexus. Et quid
odisset veritas dulcissima q̄ veritatis hostes, titulo veritatis se vendi-
tantes: Porro iudices q̄re iactas: an quod eorū sententiā illuſeris, vt
iuueniatur iniquitas tua ad odiū: Habemus tuā expurgationē, quā
opponamus vniuerso mundo, docturi Lipsicam hāc disputationē
fuisse ludibriū veritatis, & Ecclesiam simulationē, quā latius pandā
vbi ampulla tua quā parturis pdierit. Interim ad reliqua huius stercu-
quiliniū tui respōdere nolo, nec opus est, vna hac partesū maria satis
mōstrante, quā sis in toto. Et vt redeā ad te, dico & ppono corā te &
vniuerso orbe, repetensq; & iterū dico. Carlstadij ppositiones esse
veras, similiter & meā Ep̄lam. Et vt tibi foriter inculcem, ne aliena
intur, pposita (sicut soles) relinqs, maiusculis l̄is designabo simā.

Si Carlstadij propositiones veras esse concedis,
Q̄ liberū arb. ante gratiam non solū nō meretur, sed etiā
peccat dānabiliter (audis audis Ecclesie similes) & pro-
pinquat nō solum ei qd̄ est nō merito, sed iniquitati
mortali, dū intendit actioni:

Victus es, & Ep̄la mea vera est. Si negas aut cōcedere simulas, Pe-
lagianus es, Vir es, & Carlstadius puerilis, nō dubitamus quin fishes
roicā tuam virtutem ostensurus, sed scito, nos iam nō tibi sicut ante
credituros, Simulatorē obseruabimus, cui ante syncritatem iactātū
simplicit̄ credidim⁹. Tu autē vide vt Calēdariū, aut Martyrologiū, aut
Chronicā certe interim diligēter lustras, Vnde cōtra nos multa noīa
ī papyrū coacerues, sic tū vt dialecticē nō obliuiscaris, & inductionē
claudā (sicut ista fuit) non afferas.


Q̄ autē de literis Boemorū ex Ideis tuis, pro syncritate fictis, aut
iterū simulatis, erroribusq; meis in Ecclesiam, scribis, probo, nō quia
verū dicis, sed quia tanto mihi perdita simulatio tua est odio, vt vel
hoc placeat, q̄ apte m̄teris, iudicas, detrahis. Erit autē ppe diem vt ap-
pareat, An tu cū tuis per principē tenebrarū Aristotelē, quē nec ipm
itelligis, v̄ ego Ecclesie Ch̄i plus nocuerim, Et ad syllogismū tuum
quis morione dignum q̄ Boemi me laudent, p me orent, respōsum
tibi q̄q; ē in Aegocero Emseriano. Vale & dñs Ihesus sanet animā
tuam in eternū. Amen.

¶ Vuitenberg, Anno, M, D, XIX. I. G.

ouā
is,
no
ora
da
tra
ele
die
re
ve
&
ter
ers
tā
ter
ire
ro
cū
ca
ter
di
ta
die
la
cle
tis
ert
re

ou
rs









Th
6116